



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Præparatio annonæ, & Ministrorum ad curationem, & sustentationem
publicam. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

Prouincialibus; quorum potestatem sibi à Metropolitano fieri opus esse, aut expedire ipse viderit.

Et quoniam pestis tempore tum in ciuitate difficilis, tum in Dicecesi difficilior ad Episcopum aditus esse potest; id propterea in ijs, quæ Episcopalem auctoritatem requirunt, tunc expedit, ampliores facultates, & Parochis, & reliquis confessarijs Sacerdotibus, & Vicarijs præsertim foraneis concedi, permittiue. Itaque pro locorum, personarumque ratione, proque pestis periculosius imminens gravitate, liberius præsertim Vicarijs foraneis facultates varias delegabit, in quibus erunt hæc.

Facultas absoluedi, etiam in vtroque foro, à peccatis, criminibusuè, interdicto, & censuris, sibi reseruatis; ea adiuncta etiam facultate, vt cui delegarit, is saltem in foro conscientie eandem subdelegare possit.

Permittendi sacram confessionem audire extrà Ecclesie fines atque adeò etiam fœminis extrà confessionalem sedem.

Concedendi, vt Missa celebrari possit in omni Ecclesia & Altari, etiam ligneo, vt in vjs locisque eiusmodi, & prorogandi rursus facultatem datam.

Constituendi, & approbandi, etiam sine examine, confessarios, etiam qui Clericorum confessiones audiant.

Intermittendi Sacerdotales, Clericalesuè illos: conuentus singulis mensibus præscriptos.

Præparatio annonæ, & Ministrorum ad curationem, & sustentationem publicam. Cap. XI.

S V M M A R I V M.

1. Episcopi sollicitudo in præparatione annonæ: & ministrorum ad publicam curationem necessariorum. 7.
2. Gregorij Magni exemplum in caritate annonæ.
3. Eleemosynæ colligendæ causa Episcopi officium cum Magistratibus.
4. Exemplum Episcopale in erogatione eleemosynarum.
5. Pauperum, & piorum locorum descriptio; pauperumque in locum vnum congregatio.
6. Confratria caritatis pestis tempore instituendæ. Supellestilis, librorum, & scripturarum locus, & situs.

Ec verò ea præparatio, atque adeò præcautio ne
 gligen da est, ut à pestis contagione incolumis,
 & tuta suppellex, vel Ecclesiæ vel Sacrificiæ con
 seruetur.

N Ideò, quæ præsertim preciosior est, diligenter
 seligatur, & loco benè munito, & remotiori cau
 tissimè foribus etià ob signatis, asseruetur. Quo
 etiam loco monumenta iurium, libri volumina, scriptaque grauiora,
 quæ ad Ecclesiæ pertinet, in armario, aut arca custodiantur diligenter.

Omni officij genere Episcopus cum Magistratibus, decurionibus
 uè ager, atque adeò omni sollicitudine instabit, ut propius accedente
 pestilentie periculo, patriæ, quæ ex horribili, funestaque illa contagio
 ne, multis, varijsque detrimentis affici potest, quàm opportunissimè,
 celerrimèque omni sua ope succurrant.

Videant in primis, omniq; ratione præcaueant, ut cum in peste dif
 ficultas annonæ simul inesse soleat, ne quid ad rei frumentariæ, omnif
 que annonæ vbertatem desit, ac proinde cautionem diligentissimam
 adhibeant, ut nemo quisquam sit, qui necessario eo tempore frumentū
 supprimat, cum præsertim sæpè fiat, ut grauissimo illo tempore, longè
 plures, quemadmodum vsu compertum, litterisque traditum est, fame
 necentur, quàm pestilentie vi extinguantur.

2 Quamobrem omnes, qui opibus circumstant, & ipsi magistratus
 præsertim, qui ciuitati præsunt, propositum sibi aliquando habebunt,
 clarum illud exemplum Sanctissimi Pontificis Gregorij Magni, qui &
 in peste, & in annonæ caritate, apertis publicis horreis frumentaria largi
 tione vsus est ad populi laborantis sustentationem.

3 Rationem præterea Episcopus cum eisdem magistratibus inibit,
 ut tum ex publico arario, censuue, tum etiam elemosynis, & omni alia
 subueniendi via, multorum inopia, egestateuè laborantium, victui ne
 cessario succurratur; eo præsertim afflicto tempore, quo præ pestis pe
 riculo, & metu, artificia, negotiationes, nundinationes, & quæstus, mer
 eatureuè commercium, agrorū cultura, omnes aliæ cuiuscumque opi
 ficij exercitationes languescant, aut etiam magna ex parte cessant, unde
 homines sibi victum parare solent: quò fit, ut innumerabiles homines,
 qui aliàs ab omni re inopes non sunt, sæpissimè ex fame laborent.

4 Quo in officio omni ita Episcopus se geret, ut cum se elemosyna
 rum largitionibus, pauperum, miserabiliumque hominum, verè paren
 tem, pastoremque ostenderit exemplo, etià suo, non minùs, quàm
 cohortationibus, omni que alio officio cæteros ad illorum sustentatio
 nem alliciat, atque inflammet.

5 Ut verò, quod ad sustentationem satis esse possit, omninò procure

tur; omnes, & singuli, quibus subueniendum erit certo libro, rectè ordineque describantur. Qua in re monasteriorum etiam, & piorum collegiorum, tam virorum, quam fœminarum, ac pauperum Clericorum ratio habebitur, quibus necessario eo tempore aliquid in eleemosynam conferendum erit.

Tantum verò absit, vt inopes, & pauperes, pro quibus etiam Christus Dominus sanguinem profudit, è ciuitate, oppidis, pagisue, ab omni ope de destituti exturbentur, vt non modò aliorum, sed mendicantium etiam ratio habeatur, ea scilicet, ut in vnum locum congregentur omnes; vbi, cum alimenta corporis, tum maximè omnia adiumenta spiritalia suppeditentur.

6 Parochi etiam, vbi instituta non est, in sua quisque regione Parochiali, confraternitatè, scholamue hominum, charitatis nomine, Episcopali auctoritate instituent. Cuius confraternitatis erit, necessario illo tempore, & eleemosynas colligere, & cetera charitatis officia obire, ac præstare, quibus pauperes, & egentissimi homines subleuentur.

7 Instabit præterea Episcopus, vt iidem Magistratus medicos certos conducant, cõscribantue, ac paratos habeant, qui peste laborantes curet.

Chirurgos, tonsoresue certos deligant, qui venam secent, medicamentaue apponant.

Medicamenta, resque ad eorum victum necessarias parent, ac subministrent.

Famulos, famulasque & alios homines caritate Christiana predictos conquirant, qui operam, curationisue sollicitudinem eisdem nauent.

Obstetrices certas habeant, quæ partum mulierum, peste agrotantium, eoue nomine suspectarum excipiant.

Nutrices item certas ad eorundem liberos lacte alendos.

Caprarum etiam certum aliquem numerum ad lactis eisdem præbendi vsum, si quando nutricum copia non datur.

Vespillones item, quos Monattos dicunt, plures conducant, quorum alij illa officia præstent, quæ à contagio integra sunt, & ab omni suspitione vacua: alij sint, qui peste affectis se duces, ac ministros præbeant; qui mortuorum corpora sepeliant; qui infecta domicilia expurgent & pannos itidem infectos, & alia id generis exequantur.

Præparatio locorum curationis publicæ. Cap. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Loca publicæ curationis complura; & qualia.
- 2 Eorundem distinctio.

Situs